Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36549
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

foris quaerentes te. Videtur mihi iste qui nuntiat non
fortuitu et simpliciter nuntiare sed insidias ten
dere. utrum spiritali operi carnem et sanguinem praeferat. Un
de et dominus non quod matrem negaret et fratres, exire contemp
sit. sed quod responderet insidianti. Extendens ma
num in discipulos ait. Ecce mater mea et fratres mei.
Ista est mater mea quae cotidie me in credentium ani
mis generant. isti sunt fratres mei qui faciunt opera patris
mei. Non ergo iuxta Marcionem et Manicheum ma
trem negavit ut natus de fantasmate putaretur.
sed apostolos cognationi praetulit. ut et nos in conpara
tione dilectionis carnis spiritum praeferamus. Ecce ma
ter tua et fratres tui foris stant quaerentes te. Qui
dam fratres domini de alia uxore Ioseph filios suspicantur.
sequentes deliramenta apocriforum et quandam escha
mulierculam confingentes. Nos autem sicut in libro
quem contra Helvidium subscripsimus continetur. fratres domini
non filios Ioseph. sed consobrinos salvatoris. Mariae
liberos intellegimus materterae domini. quae esse dicatur
mater Iacobi minoris et Iosetis et Iudae. Quos in
alio evangelii loco fratres domini legimus appellatos.
Fratres autem consobrinos dici. omnis scriptura de
monstrat. Dicamus et aliter: Salvator loquitur ad
turbas. intrinsecus erudit nationes. mater eius et
fratres hoc est sinagoga et populus Iudeorum. foris stant.
et intrare desiderant. et sermonem eius in digni
fiunt. Si ubique rogaverint et quaesierint et nun
tium miserint. responsum accipiunt liberi eos